

Heinrich Schuckmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Schuckman/ I. Doctor & Professor, Ad Exequias Quas ... Catharinae Jungen/ Moestissimus Viduus Vir ... Dn. Fridericus Cothman, I.U.D. Hodie hora prima pomeridiana in templo B. Mariae paratas cupit. Omnes Academiae Cives officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771006942>

Druck Freier  Zugang



Schuckman H.,  
in C. J u n g e,  
uxor, X F. Cothman,

Rost. 1645.

53.







PROGRAMMA

<sup>Quo</sup>  
RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HEINRICVS Schuckman/

J. Doctor & Professor,

AD EXEQVIAS

<sup>Quas</sup>  
*Matronæ Primariæ ac laudatissimæ*

CATHARINÆ

Jungen

Mœstissimus Viduus

*Vir Clarissimus & Consultissimus*

DN. FRIDERICUS COTHMAN,

J. U. D.

*Hodiè horâ primâ pomeridianâ in templo*

*B. Mariæ paratas cupit.*

Omnes Academiæ Cives

officiosè invitat.



ROSTOCHII,

*Literis exscripsit NICOLAUS KILIUS, Acad.*

*Typographus, Anno M. DC. XLV.*





**D**EI donum est, non inventum fortuitum, uxor casta, prudens, pia. Felix Vir ille & domus viri benedicta sit oportet, cui materfamilias & individua vitæ socia tantis thesauris dotata obtingit. Admiretur more suo mens terræ affixa, fortunæ splendorem, generis nobilitatem, numerosas & undiquaq; affluentes divitias, aut si quid aliud horum est, quæ in deliciis mundus habet, & in quibus pro ingenio suo magnam felicitatis partem, sæpè summam constituit. Sola pietas & quæ ex pietate virtutes fluunt, palmam præripiunt omnibus; Illa sola est, ceu fundamentum veræ beatitudinis, quæ juxtâ cum virili sexu, fœminam DEO acceptam, & bonis mentibus commendatissimam facit. Pietati dedita matrona, cujus ornatus positus non in cadivo corporis habitu, sed interno eoq; incorruptibili thesauro, sanctimonix, mansuetudinis & subjectionis Spiritu, ædificat non tantum privatam domum, quam destruit impi-

impietas, sed & proprio exemplo, quo suis  
in assiduo bonorum operum exercitio fa-  
cem præfert, ad publicum Ecclesiæ & com-  
munis boni incrementum, in sollicitâ & cum  
devotis precibus semper conjunctâ libero-  
rum educatione primam basin sternit; ut  
hoc pacto vel tum etiam illa ipsa vivat, cum  
vivere inter mortales desiit: Cum enim pie-  
tati, quæ utilis ad omnia, proposita sit tam-  
hujus quàm futuri seculi promissio, non po-  
test non animam piam ac modestam, post  
beatam migrationem, suum in cælis gaudiû,  
& sua laus in terris intemerata apud bonos  
quoscunq; manere. Et ne longius hâc  
vice abeamus, sistit nobis hodierna dies vi-  
vum pietatis & modestiæ matronalis ex-  
emplar, primariam eamq; laudatissimam  
matronam CATHARINAM Zungen/  
p.m. cui eo nomine debitum honoris elo-  
gium publico hoc programme non im-  
meritò tribuimus. Vitæ illius historiam itâ  
persequemur, ut optimæ matronæ nihil qui-  
dem defuisse eorum, quæ facere videntur  
ad præsentis vitæ felicitatem; ipsam tamen  
posthabitis illis omnibus, summum bonum  
& veram gloriam in exercitio pietatis quæsi-  
viffe,



viffe, & quæfitam feliciter obtiniffe conftet. Ortum debet piè defuncta Ducatui Slefvi-  
ceni ejusq; metropoli Slefvico, ubi nata est Anno millesimo sexcentesimo septimo, die  
decimo quarto mensis Martij, circà horam  
tertiam matutinam, Carnalem ejus nati-  
vitatem excepit die vigesimo primo ejusdem  
mensis, Spiritualis regeneratio per aquam &  
Spiritu in Sacramento Baptismi, quo à pec-  
catis mundata, filia DEI & heres vitæ æternæ  
intuitu meriti Christi constituta fuit. Pa-  
trem habuit ex priori generatione Virum  
Magnificum, Amplissimum & Consultissi-  
mum DN. NICOLAUM JUNGIUM,  
Illustrissimi & Celsissimi Holsatiæ Ducis  
DN JOANNIS ADOLPHI felicissimæ recor-  
dationis Cancellarium meritissimum, Ma-  
trem ANNAM OTTERSEN, matronam  
honestissimam, viri Spectatissimi LUDERI  
OTTERSEN, Civis quondam apud Lu-  
becenses primarij filiam. Educationis quæ-  
nam exriterit ratio, quamq; fideliter per opti-  
mos parentes, matrem in primis viduam ad-  
huc superstitem, quæ nunc insperatum obitû  
filix suæ desideratissimæ acerbo luctu prose-  
quitur, juxtâ cum alterâ filia MARGARE-  
TA,

TA, virtutibus fœmineum sexum condeco-  
rantibus conspicuâ Matronâ, Viri Magnifici,  
Amplissimi ac prudentissimi DN CHRI-  
STOPHORI GERDES, Imperialis Rei-  
publicæ Lubecensis Consulis dignissimi con-  
juge svavissimâ, beatæ nostræ matronæ sorore  
germanâ, Christianæ religioni & obsequiis  
vero DEO debitis, ab ineunte ætate innutrita  
fuerit, subsequens vitæ cursus abundè proba-  
vit. Maturam viro & plenis annis nubilem,  
postquam virginales ejus virtutes & egre-  
gias animæ pariter ac corporis dotes Vir  
Clarissimus & Consultissimus DN FRI-  
DERICUS COTHMAN, J. U. D.  
Magnifici Amplissimi & Excellentissimi  
Viri DN ERNESTI COTHMANNI,  
Magni Jcti, Ducalis aulæ Mecklenburgi-  
cæ Cancellarij gravissimi, Universitatis hu-  
jus Antecessoris & Syndici optimè de eâ  
meriti, filius unicus, Amicus noster colendus,  
cognitas & perspectas habuisset, legitimo a-  
more ductus, vitæ conjugalis adjutricem ele-  
git, quæ, matrimonio Anno millesimo sex-  
centesimo vicesimo nono die 27. Aprilis feli-  
citer invicem consummato, tribus liberis, fi-  
lio unico & duabus filiabus, Conjugalis amo-

ris obsidibus dulcissimiq; tori pignoribus  
eundem beavit; è quibus unica duntaxat.  
filia ANNA ELISABETHA per DEI grati-  
am etiamnum superstes, mœstissimo Dn. Pa-  
renti solatio vivit. Stante conjugio ita egit  
divina benignitas cum piè defunctâ matro-  
nâ, ut illa sibi gratiosum in cœlis patrem,  
eiq; gratam se filiam, re ipsâ sentiret: Dul-  
cedini enim amaritudinē DEUS admiscuit,  
sed eâ mensurâ temperatam, ut spe auxilij di-  
vini freta, nunquam inferior præsentis vitæ  
doloribus, semper iis superior evaderet.  
Præter alias difficultates DEI virtute supera-  
tas, adversam ab aliquot annis valetudinem  
experta, variis subindè diversisq; morborum  
generibus conflictari cœpit, quos vicissim per  
DEI clementiam eluctata, corporis interim  
vires valdè attritas debilitatasq; sensit. Hinc  
factum, (verba sunt Dn. Medici) ut inpri-  
mis naturalis œconomia læbefactata pravos  
produceret ichores scorbuticos, qui multo-  
rum symptomatum feraces, diversa induxe-  
runt symptomata, quæ insperatâ insuper ac-  
cedente Diarrhæâ scorbuticâ, vitæ finem at-  
tulerunt, vel potius victricem animam de  
morte in vitam transstulerunt. Morbo per  
octo

o<sup>cto</sup> septimanas ex paternâ DEI dispo-  
sitione durante, patientem se Christianam  
ostendit, donec vicesimo sexto hujus men-  
sis Julij æternæ vitæ pabulo refocillata, Do-  
minicâ octavâ post Trinitatis circa sextâ ve-  
spertinam animam creatori suo redderet, &  
in fide Salvatoris Crucifixi piè ac placidè ob-  
dormiret. Itâ piam vitam beatissimus exi-  
tus seqvutus sit oportuit. Prolixâ com-  
mendatione ut optimâ hanc matronam pro-  
sequamur opus non est, cum sola pietas ca-  
stitatis, prudentiæ & omnium virtutum fer-  
tilissima mater, sedulo verbi divini auditu &  
ardentissimis precibus demonstrata, satis  
eam, dum in vivis erat, commendaverit, nec  
post mortem commendare desinat. Habuit  
quidem, quod præ aliis de temporali felicitate  
& bonis hujus seculi gloriari potuisset, sed  
nihil horû (quæ fideiû natura est) tanti eam  
fecisse, ut veram in illis beatitudinem locaret,  
assiduum pietatis exercitiû & æternæ vitæ de-  
siderium docuit. Quo animo jam sit mœstissi-  
mus Dn. viduus, dum tanto dono orbatû se  
videt, facile est colligere iis, quos DEI volun-  
tas simile quid experiri fecit. Nos eidem &  
omnib<sup>9</sup> ex hoc insperato obitu mœrore affe-  
ctis

Etis, divini Spiritus solatium piè apprecamur.  
A Vobis verò Omnium ordinum Cives Aca-  
demici, amicè contendimus, date hanc gra-  
tiam præclaræ familiæ, date eam pietati, & pi-  
ssimæ matronæ exuvias ad debitam sepultu-  
ram frequentes comitamini. Conventus  
fiet in Æde B. Virginis hodiè horâ primâ po-  
meridianâ P. P. RostochI, Sub Sigillo  
Academiæ 1. Augusti Anno  
M. DC. XLV.














octo septimanas ex paternâ  
tione durante, patientem se  
ostendit, donec vicesimo sex  
sis Julij æternæ vitæ pabulo  
minicâ octavâ post Trinitati  
spertinam animam creatori  
in fide Salvatoris Crucifixi pi  
dormiret. Itâ piam vitam  
tus sequutus sit oportuit.  
mendatione ut optimâ hanc  
sequamur opus non est, cum  
stitatis, prudentiæ & omniur  
tilissima mater, sedulo verbi  
ardentissimis precibus dem  
eam, dum in vivis erat, com  
post mortem commendare de  
quidem, quod præ aliis de ten  
te & bonis hujus seculi gloria  
nihil horû (quæ fideiû natu  
fecisse, ut veram in illis beatitu  
assiduum pietatis exercitiû &  
siderium docuit. Quo animo  
mus Dn. viduus, dum tanto  
videt, facile est colligere iis, q  
tas simile quid experiri fecit.  
omnib<sup>9</sup> ex hoc insperato obi



possi-  
nam,  
men-  
Do-  
â ve-  
et, &  
è ob-  
s exi-  
com-  
pro-  
as ca-  
n fer-  
itu &  
satis  
t, nec  
abuit  
icita-  
t, sed  
i eam  
caret,  
æ de-  
stiffi-  
atû se  
olun-  
em &  
affe-  
tis